

Cox. 4 ord. 2.



# TRACTATVS CRIMINALIS D. TIBERII DECIANI VTINENSIS,

*Comitis, EQUITISQ., ac celeberrimi Iuris Vtriusque Consultiss.*

Olim in prima decembris loci è omnium Europa Gymnasi Taurinense Doctoris Cesarei  
Interpres Ordinarij de finis, virtutum, continetur libro.

## DVOBVSQVE TOMIS DISTINCTVS.

*Omnibus planè cum in foro, tum in scholis versantibus, non minus necessarios quam utilis.*

Cum Summaris, & duplicitiudicis placito quidam tractatum, ac scilicet omnium iuris iustitiae  
Ingenium: alio vero è autorum, qui in vicem Tomo continuatur.

## TOMVS PRIMVS.



AUGUSTÆ TAVRINORVM Apud heredem Nicolai Beaulaque. M. D. XCIII.

ILLVSTRISS AC REVEREN.  
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.  
SCIPIONI GONZAGÆ.

NICOLAVS DECIANVS IVRISCONS.  
Tiberij Juriscons. filius. S. D.



RACCLARVM semper esse duxi, Cardinalis amplissime, & omni laude  
predicandum, si liberi non modo dignitatem, studiaq. patris, quondam  
eius fieri posset, cumda persequerentur, sed etiam aquicitias, quas ille  
coleret, aut aliquando coluisse, parihide ac pictate tuerentur, atque re-  
tinerent. Nulla enim ratio aut via se ostendit, que ad conciliandum  
carissimi patris animum magis paceat, aut si non viuat, ad probandum  
pium officium posteritati, quam omnia ita velle atque praetare, nihil ut ab optima &  
honestissima illius voluntate seiuscunatur. Hoce ego sahē perpetuo, quod in me fuit, co-  
natus sum efficere; & licet in uno, quod imbecillitas ingenij mei non patitur, patris di-  
gentiam aut laudem non adaequem, in alterio comagis elaboto excellere, ut quos pater ex  
omni ordine olim amicos & benevolentes summo iure sibi parauit, eos quacunque pos-  
sum sedulitate ac diligentia, non minus obseruem, quam amplectar. Itaque cum io-  
telligerem quanti olim pater meus feceret, cum Patruij iuris & legum disciplina oper-  
ram dares, splendore & discipulatu tuo cohonestatus, & quemadmodum voluntatem  
illam suam, quam eximia virtus & humanitas tua exauerant, cuperet illustri aliquo  
argumento declarare, & cum gloria atque amplitudine tua, cuius erat inter excep-  
tos studiosissimus, fructus suorum vigiliatum communicare, granitor erat mihi visus  
esscm, nisi hoc opus patris diligentia exciscutum, quod parabat ille tibi mittere, dictius  
premerem, aut paterer in alterius nomine quam tuo apparere. Sanè morte patris quam  
piurima transuersa incidentur, dcinde laboris prope infiniti fuit, que erant dissipata, col-  
ligere, perturbata digerere, omnia tamen que quam emendatissima in publicum emittere,  
ut ante hunc diem patris consilium ego explicare non posuerim. Quamobrem taum  
est Cardinalis Illustrissime, domus nostrarum fortunam excusare, & persussum habere me  
ac fratres meos, cum primum huc, in hanc vitam curam & cogitationem incubuisse,  
ne non patris nostri amantissimi voluntatem hoc opere augullissimo nomini tuo inscri-  
bendo summo iudicio suscepsem, sicutam rectam sedulò praetaremus quippe qui offi-  
cium nostrum tibi probando speraremus forte, ut illud carissimum haberes, atque nos  
perualde cupientes paternam erga te obseruantiam hereditario iure reliquit profesi-  
qui, clementissimo animo tuo sulpiperes. Tu igitur pro tua incredibili benignitate, &  
humanitate hoc munus non iam nostrum, sed tuum, tibique ab hinc tot annis ex affi-  
gnatione & desponsione patris tibi debitum accipe: verum tanquam Decianorum, De-  
ciani illius tui memor gratia & auctoritate tua defende. Vale.

# TRACTATVS CRIMINALIS CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRIS CONSULTI

D. TIBERII DECIANI VTINENSIS

Comitis Equitisque Illustrissimi,

## Liber Primus.

*De vocibus, quibus delicta, & crima significantur.*

S P M M A R I V M .

- 1 Nomina ac vocabula, quae sunt sunt.
- 2 Iurisconsultorum labor summus circa verborum vim ac proprietatem versatur.
- 3 Logumlatores antiqui & Interpretes pluribus vocabulis in etiis nominis materiae rati sunt, qua ceteris iuris et iuris partibus communia non sunt.
- 4 Nomina appellatiorum quedam omnibus delictis communia, & quadam propria singulis criminum formis attributa sunt.
- 5 Nomina delictorum generalia & clementia, quamvis finis videtur, inter se tamen distinguuntur.
- 6 Materie plures & diversa uti videntur homines esse possunt, ita una eademque res diversis nominibus significatur.
- 7 Hominis vox originem & suum corporis, nempe ab uno dicti, in eamque resoluendi, indicat.
- 8 Verbi & canticas, quid sint, vnde dicta, & quomodo inter se differant, n. 9.
- 10 Virtus & peccatum, noxa, delictum, & similia, in quo differant.
- 11 Delictum vnde se dictum.
- 12 Pana & multa longe differunt.

## C A P V T I .



N tradendis artibus ac scitij in uniuscunum omnibus, cum potissimum ordinem approbarerit omnium gentium iaculorumq; Scriptores, quo primum verbo significatio, mox rerum cognitio explicatur: Nā cum omnis oratio, omnia scriptum & verbis & rebus per ipsa verba explicatis constet, neque possint verba sedem habere si rem substraxeris, neque res lumen, si verba summuocoris, consequens sit, vt sicut rerum potior debet esse cognitio, ita & verborum prior esse debeat inter pretatio. Quorsum t enim dicebat Tubero, sunt nomina ac vocabula, nisi ut per ea tanquam lumen quoddam, etiam res quas signat,

intelligantur, & mens ac voluntas proferentis percipiatur? Nam cum verborum ministerio sensa ac doctrinae omnes sint explicanda, secundum Celsum in l. Labeo, de suppeditata lega. Cumque singulae disciplinae, quin & singulae earum partes & articuli propriis gaudent vocabulis: q; poterit Auditor vel Lector quod audiit, vel legit intelligere, ni prius vocabulorum, que propria sunt illius disciplinae, & super quibus tanquam propria sede ac fundamento vniuer- sa illa scientia requiescit, vim atque proprietatem exacte perceperit, cum ad ea omnia, nam quae dicuntur, tum quae scribuntur, referenda sint? Quia in te summos viros non parum elaborasse scimus, & precipue (ut ceteros omnitem) nostro in hoc iurius campo clarissimos Iurisconsultum, Scrivum, Sulpitium, Acl. Galum, & quod quorū sunt communia nomina pre scripta legibus compositis per Tribonianum & ceteros Iustitiarii parhædros, sub timulo de verbo sign. de legat. 1. 2. & 3. de auro & argent. lega. de fundo instruc. de suppeditata leg. de reb. dub. & simil. ac denique in interpretatione illi legum 1. 2. Tab. tum etiam editori Prætoris, in quo eos non sine maxima ratione elaborare censendum est, cum & Aristoteles methodi precipue ac supremis omnium obseruator, 4. Phisic. testatum reliquerit, scire quid nomine principium esse doctrinae. Nam & Polliux partem esse sapientiae dixit, quid quo nomine 2. censeatur, in primis nouisse. Et Quintil. in 5., non in merito huic verborum tractationi tertiam civilis sapientiae partem tribuit, testaturque Iurisconsultorum labore sumnum circa verborum vim proprietatemque versari. 3. Quocirca, t cum in ea iuriis civilis parte, qua de criminibus agitur, quamque in praesentiarum tradandam suscepimus, pluribus vñi sine vocabulis antiqui legum & latores & interpretes, quae ceteris huius disciplinae partibus non sunt communia; & si eorum aliqua communia sunt, non tamen in eum sensum accipiuntur, multum lucis commodique me allarum putani, si ad clariorem omnium, quæ sequen-

A ntar,